

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

DE FELICI IN PATRIAM
R E D I T U

Clarissimi & Consultissimi

V I R I

D. CYRIACI HERDESIANI J. U. D.

Posteaquàm undecim pœnè annos in
celeberrimis

UTRIUSQ; GERMANIÆ, GALLIÆ,
ITALIÆ, ANGLIÆ ET HISPANIAE

Academiis, Aulis & Rebuspub. Summâ cum
laude consumsisset, & repetitis pere-
grinationibus tandem Pro-
pitio Numine ex ani-
mi votis

In Patriam ad suos revertisset 17.

Novemb. An. 1614.

GRATULATORIA

Scripta

A compatriotis & amicis.



Servestæ Ex officina Zachariæ Dörfferi,
ANNO M. DC. XIV.

123.

140

152

DE FELICITATE PATRIAE
R. E. D. I. T.

Clasificación & Consultación

VIA I

D. CYRIACI HERDESHAM J. U. D.

Postquam in decem annos in

eslebensis

LITRIS Q. GERMANIAE, GALLIAE

ITALIAE, ANGLIAE ET HISPANIAE

Academis Aulis & Rectoribus sumis cum

habeat consensum & repetitur per

quod hinc tam tam

quod hinc tam tam

mi velle

In Patiam ad nos revertitur

Novemb. An. 1714.

GRATULATIO

Tempus

A consuetis & amicis



Sevelae Ex officina Zachariae Dörfelii

Anno M. DC. XIV.





E P O S.

Contemplabar heri, paulò quàm funderet ante
Auricomam per inane jubar Sol igneus ingens,
Cypridos atq; Jovis clarissima lumina jungi
Arcto tam nexu, quali non vidit ab anno
Hinc decimo, aſtrorum didicit qui volvere cursus.
Quid? non tam clarè micuerunt sidera multis,
Vespere ut hesterno, memini ſi, retro diebus.
Non hac viſa poli facies, mihi credite, fruſtra,
Cum Veneris temerè junctus nec Juppiter aſtro:
Sed tibi gratantur, patriis quod redditus oris
Herdeſiane, utroq; tuo vivente parente.
Quod tibi docta Venus fleſcit doctiſſima labra.
Juncta Jovi fuerat Venus, ille apparuit unà,
Conſilio dederit quod dotes, pondera menti
Omnigena excultæ prudentia, & arte Siſiade.
A Jove ſeu pro te petiit Venus alma puellam,
Quæ tibi tam fauſto jungatur ſidere tædæ;
Inſignitus ades titulis & nomine clarus,
Cognitione redis linguarum clarus & arte
Multiplici clarus, qua Regibus atq; Dynaſtis

Inseruire catus poteris, qua jura clienti
Pandere jure vales, diuæq; oracula Themistos;
Scilicet edoctum patriæ te reddidit ora
Italix tibi bis vise, te clara Lycea
Atq; aulæ illustres, quas vel Florentia jactat
Florida, Parthenopeûe tenet vel Roma superba
Pontificum tectis, miræ vel Venetus urbis
Ordo habet, edocuere tuæ præcordia mentis.
Gallia visa iterum atq; iterum, fœcunda Britonum
Insula trita tibi, doctis quæ docta Jacobi
Artibus erigitur cœlo, regiturq; Monarcha,
Oceano ferris Batavos & Belgica versus
Urbibus arua bonis felicia, Martis alumnus
Hic ubi vivit ovans Mauritius inclytus Heros,
Hic ubi consurgit Batavus de littore miles
Re tenui, exiguis primum qui viribus ausus
Hispanum aggredier fastum, vastosq; tyrannos
Nigra albaq; sator Gallina, callidus armis
Restiterat populus sevis, technisq; protervis.
Nec satis hæc vidisse aut observasse minutim,
Fuit & Hispani clarissima regna Monarchæ
Ingredi, & octavum miraculum invisere terræ,
Quo celebre Escuriale nitet tectum, atria divi
Laurenti famæ quondam constructa, remotas

Ad

*Ad pulsus Gades, Afrorum littorâ versus
Versus & Europæ, superasti puppe columnas
Herculeas Batava, Nereus ubi dividit undas,
Atq; adeò inceptus non substitit ardor eundi
Tendere Plus Ultra placuit, non sola, domorum
Culmina, pyramides vel summa palatia, & arcus
Hortos, & salebras, fontes pontesq; superbos
Perlustrare, fuit tibi meta apodemica, mores,
Jura, modosq; virum, queis res queratur & aucta
Publica vel privata simul servetur, & artes,
Ne facile amittas quesita; enigmata tanta
Noscere cura fuit, conjungere scilicet arte
Externis doctus didicisti interna perita.
Ergo tibi quis non meritò gratetur ob altas
Ingenij dotes vel cetera munera, mentis
Eia age Plus pergas Ultra, quin Teutonis ora
Teq; tuasq; vove dotes, Aquilam atq; Leones
Isequere, hi clara Virtuti premia servant.
Intereate, Sancte Deus, te cordis ab imò
Oro visceribus, nobis ad Nestoris annos
Hunc serva, sic te semper venerabimur unum.*

Christophorus Ludovicus
Verbi Divini in patria
Minister.

A 3

ALIUD.

bo2

A L I U D.

Fama fidem fecit Rhodiis cultoribus olim
Dictæum aurifluo fonte pluisse Jovem:
Tùm, quia Cecropiam hospitii pietate Minervam
Exceptam sacris excoluere suis
Tùm, quia belligeræ claras Tritonidis artes
Natorum natos edocuere suos.
Cumq; sacra ante aras sine flammis hostia staret,
Solaq; sacrificus thura sine igne daret.
Isse ad Grajugenum Tritonia fertur Athenas,
Quæ sacra propitio numina in igne colant.
Haud secus *Herdesiane* tibi Deus ecce bonorum
Optimus aurifluo conditor imbres pluit.
Qui tenerâ clarios hausisti mente liquores,
Unde Heliconiadum clarus ab arte viges,
Unde vel invito rapuisti carmina Phæbo,
Donaq; quæ Pallas & Cytheræa probant.
Sic tibi præ reliquis donavit munera Clio,
Aoniumq; favens Calliopæa decus.
Queis *Myrtilleti* regionem instructus adisti,
Et loca *Nicrinæ* non peritura *Schola*.
Sicut at alveolis inclusus pressibus annis
Non manet in spatii limite stante sui.

Sed

Sed vicina comes loca fertilitatis inundat,
Suppeditans veteres Deucalionis opes.
Sic non contentus germana laude fuisti,
Extera quin placuit regna videre magis.
Ergo salutatis quos fors iungebat amicis,
E patrio properas limine ferre pedem.
Nil curas, obstant quamvis obstacula, nosti
Quod res in Latium plena timoris iter.
Italiam ingrederis felix, *Liguresq;* pererras
Montosos, Latii dulcia membra foli.
Inde revertenti *Sabaudia* cernitur, arva
Limite ab Ausoniis discriminata focis.
Præcipiti assurgunt venienti vertice *Galli*,
Quos *Araris*, *Rhodanus*, *Sequana*, *Rhenus* habent.
Itur ad *Hesperia* loca, queis *Hispania* nomen
Indidit, *Hispalidos* nota per arva ducis.
Anglia conspicitur, felixq; *Oxonia*, magni
Quæ *Britannorum* sunt loca magna Ducis.
Donec ad *Hollandos* directa profectio vafros
Te patrio carum redderet ipsa solo,
Asperior *Scylla*, *Busiride* sævior, in quo
Invasit furum teq; tuosq; manus:
Ut ferus est! fætaq; furi truculentior urfa!
Ut, tibi quò noceat barbarus iste, cupit!

Sed

Sed DEUS avertit cladem, mala plurima passis
Quo minimè credas tempore numen adest.
Laomedontiadae Laertiadaeq; labores
Posse putem motus vix superare tuos.
Herdesiane redux, salveq;, valeq;, caveq;,
Cedat ut à studiis docta Minerva tuis:
Quod facies, Musis ignem ingeniiq; calorem
Si tribuas studii *dexteritate* tui!
Siqu; DEO, & patriæ tua te debere, bonisq;
Ingenuè ex animo confiteare tuo
Perge ita, perge, DEUS concedet plura petitis,
Virtuti adjiciens munera summa tuæ.

M. Christianus Moldenhauer
rus Scholæ Patriæ P. rector
Med. Candi.

F I N I S.



№ 1996.

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh


nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

PATRIAM
T u
sultissimi

DESIANI J. U. D.

pœnè annos in
is

NIÆ, GALLIÆ,
ET HISPANIAE

ispub. Summâ cum
repetitis pere-
dem Pro-
x ani-

evertisset 17.

1614.

TORIA

& amicis



Zachariæ Dörfferi,
DC, XIV.

123.
140

